GODEFRIDUS ADMONTENSIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26285
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ligat. ut nequaquam ultra a spiritali proposito redire ei liceat. S; sic
uocata anima quam ad hanc dignationem puerat. ut nunc cum
deo euenat. quemadmodum sponsus cum sponsa solet euenire. ita
ut duo maneant in carne una. sic et ipsa cum deo unus efficiat
spe. prius in ea oportet impleri hoc quod sequitur. Inuenta est mater
in utero habens de spiritu sancto. A quo igitur inuenitur. Seipsam utique inue
nit habere in utero spiritum timoris domini. Et notandum uerbum quod di
cit. habens in utero. nam quod gestamus in manibus casu accidente in
numquam perdimus. quod uero habemus in utero. haut facile amittere po
terimus. Iadem itaque ratione debet beata anima firmiter et stabiliter
spiritum timoris domini habere in cordis utero. propterea eloquia ab omnibus
que nouit esse pretium sumere diligentius diligere se abstineat. et cetera
quecumque nouit coram deo placentia et perfecta omni deuotione exercere
studeat in spe. Hec igitur hominis est uocatio. minime desponsatio.
S; iam uenendum est ad probationem. unde et sequitur. Ioseph autem
uir eius cum esset iustus. et nollet eam traducere. uoluit occulte
dimittere eam. Verus igitur ioseph. uir beate animae in spe. non dum in
re. quia iustus est. iustitia ei non patitur. ut illi animae que minora
meruit. maiora donet premia. S; unicuique pro uite merito ma
ioribus maiora. minoribus uero debet minora retributionis premia.
Hoc exigit ipsi iustitia. et hac de causa non uult minime meritam
animam traducere. non uult eam in sua suscipere. Traducere autem
dicimus. eum uir desponsatam sibi uxorem de paterna domo et de
parentibus propriis abducens. eam in sua propria tabernacula intro
ducit. Sic plane uerus ioseph pater celestis. illam animam que non
dum meruit. non uult de carnali uita tam subito traducere ad spiritu